MISSALE LAMBACENSE
Lambach, Ende 12. Jh. Seite 112r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9067
Copyright: Melk, Benediktinerstift



nostros filios israhel eduxisti domine de egypto. quo
postea mare rubrum sicco uestigio transire fecisti.
Hec igitur nox est que peccatorum tenebras columne
illuminatione purgauit. Hec nox est que hodie puni
uersum mundum in xpo credentes a uiciis seculi &
caligine peccatorum segregatos. reddit gratie soci
atq; sanctitati. Hec nox est in qua destructis uincu
lis mortis. xpc ab inferis uictor ascendit. Nichil
enim nobis nasci pfuit. nisi redimi pfuisset. O mira
circa nos tue pietatis dignatio. O inestimabilis di
lectio caritatis. ut seruum redimeres. filium tradi
disti. O beata nox que sola meruit scire tempus
& horam in qua xpc ab inferis resurrexit. Hec nox
est de qua scriptum est. Et nox ut dies illuminabitur.
& nox illuminatio mea in deliciis meis. Huius
igitur sanctificatio noctis. fugat scelera. culpas la
uat. & reddit innocentiam lapsis. mestis leticiam. Fu
gat odia. concordiam parat. & curuat imperia. In
huius igitur noctis gratia. suscipe scē pater. Hic im
ponat incensum. incensi huius sacrificium uespertinum.
quod tibi in hac cerei oblatione sollempni. pministro
rum manus de operibus apum. sacro sancta reddit eccle
sia. Sed iam columpne huius preconia nouimus. quam
in honore dei rutilans ignis accendit. Hic accendat.
Qui licet diuisus in partes. mutuati luminis detrimenta